first is addressed to the Holy Trinity; the second to the God-man, our Redeemer. The hymn to the Holy Trinity (part 1, below) taking its key-note

---

PART I.

(Verse 1.) Te Deum Laudamus.
Te Dominum confitemur.
(2) Te Æternum Patrem omnis terra veneratur?

(3) Tibi omnes Angeli,
Tibi cœli et universæ potestates,
(4) Tibi Cherubim et Seraphim,
incessabili voce proclamant;

(5) Sanctus,
Sanctus,
Sanctus,
Dominus Deus Sabaoth:
(6) Pleni sunt cœli et terra majestatis gloriæ tuæ.

(7) Te gloriosus Apostolorum chorus,
(8) Te Prophetarum laudabilis numerus,
(9) Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

(10) Te per orbis terrarum sancta confitetur ecclesia,
(11) Patrem immensæ majestatis;
(12) Venerandum tuum verum et unicum Filium;
(13) Sanctum quoque Parocletum Spiritum.

PART II. i.

(14) Tu Rex Gloriæ Christi,
(15) Tu Patris sempiternus es Filius.

(16) Tu ad liberandum, suscepturus hominem, non horruisti, Virginis uterum;
(17) Tu devicto mortis acerbo, aperuisti credentibus regna cœlorum.

(18) Tu ad dextram Dei sedes in gloria Patris.
(19) Judex credimus esse venturus.

ii.

(20) Te ergo quæsumus famulis tuis subveni, quos pretioso sanguine redemisti;
(21) Eterna fac cum sanctis tuis gloria numerari.

(22) Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hæreditati tuæ
(23) Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

(24) Par singulos dies benedicimus te;
(25) Et laudamus nomen tuum, in sæculum et in sæculum sæculi.

(26) Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire.
(27) Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

(28) Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.
(29) In te, Domine, speravi: non confundar in æternum.